149

ſpiritualeſpiritualit̄ hac intentōne vt ꝓpter illud recipiat tpa
le puta audit ↄfeſſiōez vel dicit miſſam vel ↄfert ordiēz ſiue be
neficiū et ſimilia p̄ſentialiter quia ſperat ꝓpter hoc ſe hituruz
pecuniā vel aliud p̄ciuz Et ſimilit̄ q̄ dat tpale p̄ncipalit̄ ut reci
piat ſpūale puta eukariſtiā ordiēz ſacmentū bn̄ficiuz et hm̄oi ſi
moniā ↄmittit mentalē· que mortale eſt ſcḋm Rich· tho· ray· hoſ
ſti· et Inno· Sz talis ſimonia mētalis tollit̄ p pn̄iaz ext̄ de ſimo·
·c· mandato· Vbi aūt non fit pactio vel exactio vel p̄ncipalis in
tentio ad tpalia in collatione ſpūaliū vel receptione ſed gratis
et elemoſinaliter det̄ aliqḋ et accipiat̄ ad ſuſtentatōnez nature
vel reuerentiā ſacmentoꝝ vel ad ſuanduz laudabilē ↄſuetudiēz
licite et ſine ſimonia dari et accipi pt̄· Vn̄ greg9· i· q· ij· c· Sicut
ep̄m· ait· Eius oblatio nullā culpe maculā ingerit q̄ n̄ ex ambiē
tis petitiōe ꝓceſſit Nec ſimoniaci ſunt tm̄ q̄ ſpūalia vendunt vel
emunt ſed etiam illi qui in hijs mediatores ſunt quos eccleſia
grauiter punit ſicut patet· i· q· ij· c· Sicut epiſcopum

¶ Qḋ pecunia eſt materia inductiua peccati ſimonie et quomodo
pecunia accipit̄ multipliciter et multiplici munere· ¶ Ca· ij·

Ecūduz miſteriū ↄtemplandum de ſimonia dicit̄ inductio·
Eſt nanq3 hui9 ſceleris materia inductiua pecunia ſumen
do pecuniā large ut in ſermone p̄cedenti dictū eſt p omi eo qḋ
pt̄ tpaliter poſſideri· Poteſt etiā pecunia dici quidq̄d p̄cio tē
pali ſeu extimari pt̄ ſeu mēſurari· Nō ſolū pecunia numerata in
monetis auri argenti et eris vel ea q̄ ↄuiter ↄſueuert̄ emi vl' vē
di· ut vaſa aurea vel argētea· aialia· agri et hm̄oi· Sz etiā p̄ces
ex q̄buſ acquirit̄ fauor popularis et obſequia tpalit̄ p̄ſtita· vn̄
dicit greg9· i· q· i· c· Sunt nōnulli· Cum viruz iuſtū ꝓpha deſcri
beret· ait· Beatus qui excutit manus ſuas ab omi munere· Quia
aliud ē mun9 ab obſequio aliud a manu aliud a lingua Mun9 ab
obſequio eſt ſeruit9 indebite impenſa Mun9 a manu pecunia ē·
Mun9 a lingua fauor ſcz mūdan9· Et p quodlibet hoꝝ mune
rū cū interuenit in ſpūalib9 ↄmittit̄ ſimonia ut ibiḋ Greg9 dic·
Et ad idez· i· q· iij· c· Saluator· Vrban9 ait Quicūq3 res eccleſia
ſticas· i· ſpūalia que dei dona ſunt nō ad hoc ꝙ inſtituti ſunt ſz
ad ꝓpria lucra munere lingue vel indebiti obſequij vel pecunie
largit̄ vel adipiſcit̄ ſimoniac9 eſt· Et quātuz ad mun9 a lingua
Sciendūz ꝙ ſi quis prelatus ↄfert beneficium eccīaſticum ſeu
dignitatez eccleſiaſticā vel aliquod ſacramentū ad p̄ces alicui9
hac intentōe p̄ncipali ut eius p̄cibus ↄferenti laus vel fama ac
quiratur vel ut ↄtrarium euitetur ſimoniam committit· Et ſi p̄
ces porrigunt̄ ab alio pro indigno de beneficio curato vel ſim
plici et ille qui porrigit et qui exaudit ſimoniam committit· ſi ad
preces factas principaliter mouetur· Si autem preces porri
guntur pro digno et ad idoneytatem reſpicitur non ad preces

TECHNISCHE UNIVERSITÄT DARMSTADT
http://tudigit.ulb.tu-darmstadt.de/show/inc-iv-519/0297
Universitäts- und Landesbibliothek Darmstadt
gefördert durch die DFG